



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

[De Origine Carthvsianae Religionis Henrici Glareani Heluetij, Poetæ laureati Centimetrum. Qve carthusiace sit religionis origo, Qua fluat historia, Lalliopea refer.]

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

DE ORIGINE CAR-

THUSIANAE RELIGIONIS HEN-

rici Glareani Heluetij, Poetae laureati

Centimetrum.

De carthusiace sit religionis origo,
Qua fluat historia, Calliopea refer.

P Arrhisus, rapidas ubi spumifer agge-
rit undas
Sequana, & occiduas nellet adisse do-
mos.

Atque ubi culta uiret doctorum turba sophorum
Turba salutifero non male grata Deo,
Quidam erat insignis doctrina uisus hon est,
Quem coluit populus, quem coluere senes.
Huic mors, extremam postquam spirauerat aura,
Non pompam inuidit funereasque faces.
Hic aderant magnique uiri, doctique magistri.
Praeclari iuuenes, decrepitique senes.
Mos etenim est, functum uita deferre sepulchro,
Qui fuit illius Gymnasiarcha scholae.
Ecce sed erectus, feretro proclamat ab alto:
Iudicio iusto sum reus ipse Dei.
Obstupere omnes, nec enim leue pondus habebant
Verba resurgentis terribilisque uiri.
Quid facerent? quis enim quae sint arcana torantis

*Iudicia explinet? quis penetrare queat?
Non sepelire placeat, donec lux altera cœlum
Pulset, uti uideant quid ferat hora sequens.
Vix sol prodierat, quando replet omnia uulgus,
Irruerant proceres, turbaque tota simul.
Dum rursus famuli mœstum mouere cadauer,
Dum stupet attonito gens male lecta foro:
Ecce iterum claro tales dat pectore uoces,
Iusticia & iusto iudice uictus ego.
Rursus in aeditus gelidos tremor occupat artus.
Contremuere omnes, omnia terror habet.
Expectare placet, quid fors feret ultima monstri,
Quippe tonant dubio uerba priora sono.
Tertia lux uiderat, iam tota cursat in urbe,
Fama mali, & miro murmure tecta subit.
In circum stupidi, atque arrectis auribus astant.
Quid uelit, auscultant, corpus inane loqui.
Intonat horrendum, uocemq; in sydera tollit,
Damnatus iusto iudice digna fero.
Et quis non timeat? quis non tremat? aut q̄ ab illis
Exemplis uitam non uelit esse suam?
Bruno erat in cunctis longe uenerabilis oris,
Et decus ac Vbij gloria rara soli.
Is septem iusti comites facit esse pauoris,
Qui syluas secum, tristiaq; antra petant.
Postq̄ illuc uenere, simul sedere sub umbra,
Atq; ab Eremita consilia alta rogāt.*

DE ORIGINE VITAE

Prodiit in uocem canis pater ille capillis.
Et docuit, quo sit uita paranda modo.
Effugite o iuuenes stulti consortia mundi,
Temnite quae uobis mors inopina rapit.
Quicquid id est quod mundus habet, linquimus oportet.
Nil sane aeterni uile cadauer habet.
Temnite fortunas hominum, mala gaudia mentis.
Effugite ad moesti uulneta quinq; dei.
Querite diuitias coeli, nam summa uoluptas,
(Ah donum ignotum) dulcis Eremus erit.
Hec ait, illi inter sese pia uerba retractant.
Cordibus accensis incaluere deo.
Transierant Ararim, deinde haeduarura relinquitur.
Dextera Lugdunum, leua Gebenna fuit.
Iamq; aderat Rhodanus, qui gurgite lapsus aperit.
Ducit ab alpinis frigora seu iugis.
Hinc prata Allobrogum atq; Vocotia rura premuntur.
Suspiciunt syluas, & nemora alta loci.
Scilicet aere quo portenduntur & Alpes.
Atque ubi perpetuo frigus & algor adest.
Hec placuit duri mira inclementia coeli.
Hi scopuli digni carceris esse loco.
Hugo erat Allobrogum bene dignus episcopus oris.
Candidior quo non unus & alter erat,
Viderat hic septem (dictu mirabile) stellas.
In nemora excelsi uerticis ire palam.
Somnium erat, talique uiam sibi calle parari

CARTHVSIANA E.

Coniecit ad coelum, stelligerasque domos,
Hunc adiit Bruno socijs comitantibus, hisce &
Quid ueniant paucis commouere modis.
Inclyte forte tuas praesul peruenit ad aures.
Qui modo Parrhsia fertur ab urbe pauor.
Is nos hinc alio uertit, ualediximus orbi.
Urgemur tacito, tum sine fine, deo.
Non nos huc pepulit ficta mala gloria fame,
Non simulatus amor, non simulata fides.
Da, petimus, paruum nostris conatibus orbem.
Seu scopulos isto, seu nemora illa loco,
Obstupuit praesul, tacite praesagia mentis
Concutiunt totum pectus adusque uirum.
Felices anime dixit, felicia certe
Tempora, quae nostris uostenuere locis.
Ue inquam ite, uiam uestro disponite fratri,
Quod Petitis cautum est, quodq; petetis erit,
En sequor ipse ego uos, manibusq; opibusq; iunabo:
Immemorem uestri non sinet ulla dies.
Illi abeunt, loca foeda situ, squalentia mucro.
Tus qua uident, trucibus uix habitanda feris,
Hugo subit, templumq; struit tutosque recessus.
Et modico immensum tempore creuit opus.
Ipsa quoq; ut maior grauitas ornaret Eremum.
Induit hunc habitum, rupibus hisce fauet.
Hi primi tanta sunt religionis alumni.
Hac fuit historia, Calliopea Vale.

FINIS.

DE DIVO BRVNONE.

DE DIVO BRVNONE CARTHY
siane uir & patriarcha, hymnologia supplicia, egra
gij utriusq; iuris doctoris Sebastini Brant. L. d.

Sensus exurgat, uigor excutetur,
Mentis internus coalescat ignis.
Quippe iam nobis celebranda dantur
Festa Brunonis.

Hic puer claro ueniens ab ortu,
Ceteros inter nituit puellos:
Ut micans inter lapides refulget
Gemma minores.

Hic dei cultu teneram iuentã
Compfit, expendens studijs honestis
Tempus, & sanctis studuit per omnes
Artibus annos.

Hinc sacrae magnus paginae magister
Nouit abstrusas ueteris latebras
Legis, & claros sophiae libellos
Sciuit ad unguem.

Quam sophus dictum Samius uaganti
Orbitam suasit populo tenendam
Gressus est, rectum properans salutis
Carpere callem.

Regna fallacis speciosa mundi
Tempfit, & turmas hominum dolosas,
Sanctus in uasta peragens eremo
Tempus in omni.

Collegij Societatis Ieru. Pad. b. 1596. AFB.

HYMNOLOGIA:

Hic docens fratres, quomodo uoluptas,
Nulla carnalis, mala nec libido:
Sed labor, sudor, studiosa uirtus,
Sydera donant.

Sanctus hic longos tolerans labores,
Tendit in portum placida quietis,
Per graues casus miseramque sortem
Iuit ad astra.

A tuis nunc sancte pater misellis
Hostis antiqua rabiem repelle,
Pelle, & in nostrum tua flecte semper
Lumina coetū.

Optimæ pacis pete dona nobis,
Que modo stringis gremio capaci,
Fons ubi uere uiget usque lucis
Perpete sole,

ERRATA QVAE PER

operarum incuriam acciderunt.

Folio .2. fac. b. versu primo lege: Erubescere. Fol. 115. fa.
b. ver. 14. reconciliauit. Reliqua, si qua sunt, leuissimè
la sunt, & candido lectori boni consuenda.

Impensis D. Gulielmi Loera Stratis: